TABVLAE ANNVAE

DE ANTICIPATIONE STELLARVM FIXARVM

Cum suis significationibus, in disponendis, vel constituendis operibus humanis, non minus vtiles, quàm necessariæ,

Michaele Angelo Blondo

Medico eximio supputatore.

SVB M. D. XLIIII.

DOMINI .N. VERI REDEMPTORIS,

PAVLI VERO. III.

PONT. MAX.

Anno Decimo.

Pertinet ad Bibliothecam S. Fran. Transtiberim Almae Urbis

Ex Testam.to ... D. Ascanij Pina

EIVSDEM EXPOSITIO

horarum Palladij ex vmbra gnomonis, cum descriptione Temperaturę Generis quatuor partium orbis cunq; natura quarundam stellarum, atq; incessu Solis per horas dierum ac mensium, & plurimis alijs cognitu dignissimis.

ROMÆ:

Cum Priuilegio PAVLI III. MAX. PONT.

in decennium.

Gregorii Clementis.

✱ ILLVSTRISSIMO ✱
ET REVERENDISS. D. RODVLPHO PIO CARD. CARPEN.

Michael Angelus Blondus ſœlicitatem.

C. PLINIVS, P. A. *laudat virum illum, qui, non adeo vnum aliquid inſigniter, ſed qui plura etiam mediocriter facit, Quod animo concipiens, varijs me ſtudiorum generibus experior, vt ſatisfaciam, ſaltem illis, qui meum non damnant ſtudium, imo mirantur, Vigiliç etenim meæ, vel lucubrationes, vt verum fatear, ſunt plurima mediocria, quoniam vnum aliquid inſigniter amplecti non poſſum, rerum domeſticarum propter incõmodum, quis.n. humili cenſu, vel in copijs nõ luxurians, ardua aggreditur, vel magna, quare etſi ego vtor mediocri cẽſu vel rerũ copijs, fruor tamẽ virtute in dotibus animi quieſcens. Amplector certe, quçdam parua, quç plurima dici poſſunt. Nam quçdam, principes afficiunt, quçdam vrbes ſolãtur, quçdam et ipſum orbem decorãt. quorum pars, puto, et tuas aures affecerit, Nã, et uiri et Illuſtriſſ. P. eſt dignoſcere, quç ad ſeipſos ſpectare cognouerint. quãobrẽ ſi nulla vigiliarum mearũ adhuc ad tuas aures peruenerit, cõſtitui te verũ, P. hoc breui ſaltẽ viſere opuſculo, vt tu quoq; noſcas meũ erga te animum, ac ſeruitutem, ſuadent.n. mihi ſydera influendo, quç, ſummã tibi promittunt ſœlicitatem, vt hoc opuſculum Ptholemei, a me ſupputatum ad hçc tempora, de ſignificationibus fixarum ſtellarum. Tuo honori atq;. Gloriç deſtinarem, quo ſeruans ortus & occaſus ſyderum, cũcta vt ſapiens poſſis cõponere ex uoto. Et cum Illuſt. Domui. Piç maximus & honos & immenſa fueris gloria, optata tandem in ſede reſidens, prçcor tum Blondi memor eſſe velis, pronoſticor æquidem, nam hoc mihi ſuadent ſydera, quorũ fauore hoc etiam ſcripſi opuſculũ, atq; eã ob cauſam illud tibi dedicaui, ſupputando, cũ doctrina Habrahe Auen hazre. Vt quemadmodum multis morando, multa promittunt, ita tibi, anticipando dabunt ſydera ſœlicitatem. Vale.*

TABVLÆ ANNVÆ DE ANTICIPATIONE STELLARVM FIXARVM

cum suis significationibus.

MICHAELE ANGELO BLONDO SVPPVTATORE.

METHODVS ANTICIPATIONIS stellarum fixarum Solis vel dierũ etiam.

❧

S*Cripsit Abraham Auen hezra in Libello de Luminaribus & criticis diebus, a nobis nuper recognito. Ad Diuum* PAVLVM III. PONT. MAX. *quòd motus stellæ sit in Anno ferè minuto uno, propterea dicimus quòd à temporibus Ptolemei Astronomi, qui natus erat post aduentum* CHRISTI *nostri Redemptoris centum et quadraginta Annis, facta est antecessio stellarum fixarum ad nostram tempestatem graduum viginti trium cum minutis quatuor super viginti, vel circa, veruntamen sciendum est quòd istius anticipationis dies vnus fit Annis centum, & quatuor supra triginta pro qualibet stella fixa, quoniam quælibet illarum antelucet nostra tempestate diebus decem, et horis vndecim cũ dimidio horę vndecimi diei, Cum olim quælibet stella fixa de quibus loquimur, luceret, illis proprijs diebus quibus scriptum est à Ptholemęo in Libello de significa-*

tionibus stellarũ, quod interpetratus est Nicolaus Leonicenus, vir proculdubio doctissimus. Nos autem idem dicimus de Sole et ipsis diebus, quod Auen Hazra dixit de stellis. Nam stellæ fixæ et oriuntur et occidunt cum Sole, Ideo necessarium est quòd quibuslibet diebus Sol oriatur et ortus sit anticipando, ferè minuto vno pariter cum ipsis stellis iam dictis. Quapropter dum stellę fixæ antecesserint gradus viginti tres cum minutis quatuor super viginti vel circa, vel dies decem cum horis vndecim cum dimidio horę vndecimi, quòd Sol etiam fecerit eandem anticipationem. Cumq; hoc ita sit vt possibile est, esse; dicimus ꝙ quibuslibet centũ et triginta quatuor annis, antecessit ortus Solis diem vnum, Exempli gratia, Ortus Solis quĩ erat Calen. Martij, dicto spatio temporis, quolibet Anno minuto ferè vno anticipando, factum est, vt pridie kal. Mar. oriretur, haud aliter dicendum est de reliquis etiam tum in gradibus, cum in minutis eius antecessionis, quonia qui diuiserit minuta mille et quatuor super quater centenna, per numerum centennarium, & quatuor super triginta, erunt dies decem verę antecessionis, superantibus et quatuor super sexaginta vel minutis, vel annis, qui distincti per quatuor ac viginti, reducuntur ad horas vndecim cum dimidia vndecimæ lucis, Tandem, antecessio et stellarum fixarum, et Solis, facta est diebus .x. cum dimidia, vndecimi diei, detracta dimidia hora, & hoc semper intelligentes cum motu primi mobilis, octauæ sphæræ, nonę, & decimę, secundum Ptholemeum, & Auen Hazram. quapropter post millesimum a nobis positum in fronte Tabularum, singulis labentibus Annis addes minutum ferè vnum, quoniam sic notum erit, quantum, & dictæ stellæ et dies ipsæ antecedit, oritur. n. Sol. quolibet Anno citius minuto vno, quàm oriebatur Anno elapso, quod si quis peritior Ptho. non credit eius Methodo, ascendat cęlum, & obseruet hæc solertius quàm fecerit illę, vel, Auen hazra, atq; inde descendẽs verioribus doctrinis erudiet nos, ostentans aliam doctrinam, fortassis, confundet hæc, veramenimuero, obstrepens, tantum, in triuiis, receptis sermonibus, ortamur, vt confugiat ad rudes, & agrestes ho-

mines, quoniam inter illos princeps erit, alioquin, concitabit in se quàm primum disputationes philippicas; Tamen dicimus quòd possibile est, vt ipse significationes non semper fiant apud nos, vel in Emisperio hoc, sed alibi etiam, & remotius a nobis, quod oculis non discernimus, neque perspicimus propter distantiam, nec propterea neganda erit significatio, quin non fuerit, juxta maximam vel longitudinem, vel latitudinem, stellę ortę, vel occidentis, inferunt enim stellę alicubi proprias significationes, quod facile cognoscere poteritis dum nostris aduertetis marginibus, ibi namque & Australes et Boreales, depiximus ortus & occasus stellarum, cum naturis planetarum.

❧

	1	Kal.	Martij,	Nullum oritur vel occidit ſydus.
Auſtralis Mer.	2	*Sexto*	*Nonas*	*Martias, Piſcis ceſſat eleuari a tergore.*
Auſtralis Iou.	3	Quinto	Nonas	*Martias argonauis egreditur in diluculo.*
	4	Quarto	Nonas	*Martias nullum oritur vel occidit ſydus.*
Bor. Iou. Mer.	5	Tertio	Nonas	*Martias Equus tranſcendit.*
ſol eſt in Ari.	6	Pridie	Nonas	*Martias Ciconia apparet.*
	7	*Nonis*	*Martij*	*Nullum oritur vel occidit ſydus.*
	8	*Octauo*	*Idus*	*Martias Miluus reſurgit.*
	9	*Septimo*	*Idus*	*Martias nullum oritur vel occidit ſydus.*
Bor. Iou. Mer.	10	*Sexto*	*Idus*	*Martias Equus tranſcendit in diluculo.*
Bore. *Sa.* Mar.	11	*Quinto*	*Idus*	*Martias Aries reſurgit.*
Auſtralis	12	*Quarto*	*Idus*	*Martias Cancer oritur e Tergore.*
Æquinoctium.	13	*Tertio*	*Idus*	*Martias eſt Æquinoctium ſecundum* Ptho l:
Bore. Iou. Mer.	14	*Pridie*	*Idus*	*Martias occultatur Equus.*
A. *bo. me. ſa. m.*	15	*Idibus*	*Martij*	*Piſces egrediuntur & Aries emergit in dilu.*
Di ęqua. cū no.	16	*xvij.*	Kal.	*Aprilis verum eſt Æquinoctium.*
	17	*xvi.*	Kal.	*Aprilis dies cum nocte Equalis eſt.*
Auſtra. Satur.	18	*xv.*	Kal.	*Aprilis Scorpius occidit.*
Auſtra. Satur.	19	*xiiij.*	Kal.	*Aprilis idem occidit ſydus.*
Mitiores ∝	20	*xiij.*	Kal.	*Aprilis nullum oritur vel occidit ſydus.*
	21	*xij.*	Kal.	*Aprilis idem eſt.*
Au. *nebulo. Sa.*	22	*xi.*	Kal.	*Aprilis Scorpius et Virgiliæ incipiunt oriri.*
	23	*x.*	Kal.	*Aprilis nullum occidit vel oritur ſydus.*
Boreales Tau.	24	*ix.*	Kal.	*Aprilis occidunt Vir. poſt ſo is occaſum.*
	25	*viij.*	Kal.	*Aprilis nullum occidit vel oritur ſydus.*
	26	*vij.*	Kal.	*Aprilis idem eſt.*
Succu. iſa. Tau.	27	*vi.*	Kal.	*Aprilis Suculę emergunt.*
Boreales Tau.	28	*v.*	Kal.	*Aprilis reſiduum occidit Virgiliarum.*
Boreales Tau.	29	*iiij.*	Kal.	*Aprilis Virgiliæ occidunt.*
Medij ∝	30	*iij.*	Kal.	*Aprilis nullum oritur vel occidit ſydus.*
	31	*Pridie*	Kal.	*Aprilis idem eſt.*

Herculani Epi'	1	Kal.	Martij	Abſcinditur hyems et aqlo mutatur ad Sept
	2	Sexto	Nonas	Martias ſpirat Septẽtrio vel Auſter.
	3	Quinto	Nonas	Martias Fauo. atq; Auſter flat, eſtq; dies hye.
	4	Quarto	Nonas	Martias toto die ſpirat aquilo gelidus
	5	Tertio	Nonas	Martias gelidus flat aquilo.
	6	Pridie	Nonas	Mar. late ſpirat Fa. et Ciconia trãſuolat mae
Tho. de Aqno.	7	Nonis	Martij	inſtabiles vẽti ſpirat & aquilo. (re
	8	Octauo	Idus	Martias flat Auſter.
40. mart.	9	Septimo	Idus	Martias ſerenus ſpirat aquilo.
	10	Sexto	Idus	Martias Aquilo flat vel Septentrio.
quad. mi. mar.	11	Quinto	Idus	Martias pluit vel ningit.
Gregorij Papę	12	Quarto	Idus	Martias ſpirat Auſter.
	13	Tertio	Idus	Martias pluit, nonunquàm & tonat.
Zacharię Pap.	14	Pridie	Idus	Martias Septentrio cum Aquilone ſpirant.
	15	Idibus	Martij	Nix Imbribus mixta deſcendit.
	16	xvij.	Kal.	Aprilis Vernum Aequinoctium.
	17	xvi.	Kal.	Aprilis nox cum die Aequalis.
Anſelmi epiſco.	18	xv.	Kal.	Aprilis vehemens flat ſpiritus cum imbribus
Ioſe. ſpõ. virg.	19	xiiij.	Kal.	Aprilis pluuioſus Septentrio ſpirat.
	20	xiij.	Kal.	Aprilis flat Auſter & pluit.
	21	xij.	Kal.	Aprilis uentorũ procellę et frequenter pluit.
	22	xi.	Kal.	Apr. flat Aqlo ſub cęlo nubil. Sol addit pare
	23	x.	Kal.	Aprilis nubilus aer p oẽs terras. (tẽ vna diei
	24	ix.	Kal.	Aprilis nil noui.
An. be. Ma. vir.	25	viij.	Kal.	Aprilis flat Fauonius.
	26	vij.	Kal.	Aprilis ſpirat Affricus.
Ioãnis eremitę.	27	vi.	Kal.	Aprilis Imbres ab Auſtero deſcendunt.
	28	v.	Kal.	Aprilis flat Auſter.
	29	iiij.	Kal.	Aprilis mane Fauonius ſpirare incohat.
	30	iij.	Kal.	Aprilis Auſtrales procellę.
Balbinę virg.	31	Pridie	Kal.	Aprilis furẽs Aquilo ſpirat veſp. q̃; eſt pluui.

	1	Kalēdis		Aprilis	Nullum oritur vel occidit ſydus.
Au. in facie Ta.	2	Quarto	Nonas	Aprilis	Succulę occultantur.
Bo. nebulo. Sat.	3	Tertio	Nonas	Aprilis	paruum præſepe oritur.
	4	Pridie	Nonas	Aprilis	nullum oritur vel occidit ſydus.
Bore. et Auſtr.	5	Nonis		Aprilis	perſeus cum ſucculis occidunt.
Auſt. in fa. Ta.	6	Octauo	Idus	Aprilis	Succulæ occiduntetiam.
Sol eſt in Tau.	7	Septimo	Idus	Aprilis	Succulę occultantur.
	8	Sexto	Idus	Aprilis	nullum oritur vel occidit ſydus.
Au. in fa. Tau.	9	Quinto	Idus	Aprilis	Succulę penitus occultantur.
	10	Quarto	Idus	Aprilis	nullum occidit vel oritur ſydus.
Auſtralis	11	Tertio	Idus	Aprilis	Caput Tauri occidit.
Boreales.	12	Pridie	Idus	Aprilis	Virgiliæ oriuntur.
Borealis.	13	Idibus		Aprilis	Fidicula prope primā facē apparet.
Borealis.	14	xviij.	Kal.	Maij	Fidicula cernitur.
Veris exitus.	15	xvij.	kal.	Maij	emergit præſepe.
Au. in fa. Tau.	16	xvi.	kal.	Maij	Succulę penitus occidunt.
	17	xv.	Kal.	Maij	nullum oritur vel occidit ſydus.
	18	xiiij.	Kal.	Maij	idem eſt.
Auſtrales	19	xiij.	kal.	Maij	hedi oriuntur.
Auſtralis	20	xij.	Kal.	Maij	Canis abſconditur in receſſu diei.
Auſtralis.	21	xi.	kal.	Maij	Canis occidit
Au. infa. Tau.	22	x.	kal.	Maij	Succulę oriuntur in ortu Solis.
Auſtra. Librę.	23	ix.	Kal.	Maij	Centaurus totus apparet.
Auſtralis Sat.	24	viij.	kal.	Maij	Scorpius emergit.
Borealis	25	vii.	kal.	Maij	Fidicula oritur in diluculo.
Auſtralis, Sat.	26	vi.	Kal.	Maij	Scorpionis dimidium occidit.
Boreales	27	v.	kal.	Maij	Virgiliæ oriuntur in diluculo.
	28	iiij.	kal.	Maij	nullum oritur, vel occidit ſydus.
	29	iii.	kal.	Maij	idem eſt.
Borealis.	30	Pridie	kal.	Maij	Fidicula oritur Succulę occidunt, & caput Tauri apparet.

Theodore vir.	1	Kal.		Aprilis	gelidi ſpirant flatus, pluit &.
	2	Quarto	Nonas	Aprilis	Tempus medium.
Pancratij mar.	3	Tertio	Nonas	Aprilis	ſpirat Aquilo.
	4	Pridie	Nonas	Aprilis	aſtrum obſcurum, flant ſpiritus ventorum imbresq́; deſcendunt.
Vincētij cōfeſ.	5	Nonis		Aprilis	flant gelidi ventorum ſpiritus.
	6	Octauo	Idus	Aprilis	Fauonius ſpirat.
	7	Septimo	Idus	Aprilis	idem.
	8	Sexto	Idus	Aprilis	flat Africus.
	9	Quinto	Idus	Aprilis	idem flat ſpiritus.
Apolonij preſ.	10	Quarto	Idus	Aprilis	Fauonius ſpirat.
	11	Tertio	Idus	Aprilis	pluit.
	12	Pridie	Idus	Aprilis	Fauonius concitat ſpiritus.
	13	Idibus		Aprilis	Tempus medium.
	14	xviij.	Kal.	Maij	pluit.
	15	xvij.	kal.	Maij	finis veris.
Iſidori mar.	16	xvi.	kal.	Maij	conuerſio veris.
	17	xv.	kal.	Maij	flat auſter.
	18	xiiij.	kal.	Maij	dies Auſtrina & pluuioſa.
Creſcentij cōf.	19	xiij.	kal.	Maij	mane ſpirat Auſter.
	20	xij.	kal.	Maij	rores deſcendunt.
Simeonis epi.	21	xi.	kal.	Maij	placidum eſt cęlum.
	22	x.	Kal.	Maij	Fauonius ſpirat.
Georgij marty.	23	ix.	kal.	Maij	ros cadit flatibus aqlonis ſpiritibus.
	24	viij.	Kal.	Maij	dies placida.
Marci euange.	25	vij.	Kal.	Maij	idem.
	26	vi.	Kal.	Maij	ſpirat Fauonius.
	27	v.	kal.	Maij.	pręualet Fauonius.
	28	iiij.	Kal.	Maij	Fauonius ſpirat.
	29	iij.	kal.	Maij	dies placida.
Eutropij epi m	30	Pridię	kal.	Maij	idem eſt.

Boreales. Tau.	1	Kal. Maij		Virgiliç apparent.
Boreales.	2	Sexto Nonas	Maias	Virgiliç oriuntur.
Au.infacie Ta.	3	Quinto Nonas	Maias	Succulç occidunt.
Auftralis Sat.	4	Quarto Nonas	Maias	Scor. occidit, sed fidicula oritur indẽ.
Borealis.	5	Tertio Nonas	Maias	Cancer oritur.
Aestatis initiũ.	6	Pridie Nonas	Maias	Initium Aestatis.
Australis.	7	Nonis	prçcion	occidit quẽ vocant quidã caniculã.
Sol est in Gem.	8	Octauo Idus	Maias	Sol in Geminis est.
	9	Septimo Idus	Maias	nullum oritur vel occidit sydus.
Aust.infa.Tau.	10	Sexto Idus	Maias	Succulç oriuntur.
	11	Quinto Idus	Maias	Arcturus occidit.
Australis.	12	Quarto Idus	Maias	Sagittarius occidit.
B.Io.me.ma.io	13	Tertio Idus	Maias	Gemini & Aquila oriuntur.
Aust.in fa.Ta.	14	Pridie Idus	Maias	Succulç incipiunt oriri.
Borealis.	15	Idibus Maij		Mane oritur Capella.
Auftralis	16	xvij. kal.	Iunias	Taurus occidit.
	17	xvi. kal.	Iunias	nullum oritur vel occidit sydus.
Borealis.	18	xv. kal.	Iunias	Fidicula oritur diluculo.
	19	xiiij. Kal.	Iunias	nullum oritur vel occidit sydus.
Boreales.	20	xiij. kal.	Iunias	Virgiliç oriuntur.
Borealium.	21	xij. Kal.	Iunias	Eorundem syderum est ortus.
Au.infa. Tau.	22	xi. kal.	Iunias	Vniuersç emergunt Succulç.
Bo.mar.et.Iou.	23	x. Kal.	Iunias	Aquila oritur.
	24	ix. kal.	Iunias	nullum sydus oritur vel occidit.
	25	viij. Kal.	Iunias	idem est.
	26	vij. Kal.	Iunias	idem.
	27	vi. Kal.	Iunias	nullum sydus oritur vel occidit.
Borealis.	28	v. Kal.	Iunias	Arcturus occidit.
Bo.Sat. et mar.	29	iiij. Kal.	Iunias	Delphinus incipit emergere.
	30	iii. Kal.	Iunias	nullum sydus oritur vel occidit.
	31	Pridie Kal.	Iunias	idem.

Phi.et Iac.ap.	1	Kal.	Maij		Tempus medium
	2	Sexto	Nonas	Maias	Auster spirat.
Inuēt.s.Crucis.	3	Quinto	Nonas	Maias	Austrini flant spiritus.
	4	Quarto	Nonas	Maias	Tempus medium.
	5	Tertio	Nonas	Maias	spirat Auster.
Io.an̄ por.lati.	6	Pridie	Nonas	Maias	Æstatis initium.
	7	Nonis			Tempus medium.
	8	Octauo	Idus	Maias	idem, Sole ingrediente geminos.
Gregorij epi.	9	Septimo	Idus	Maias	in vesperos Auster spirat.
	10	Sexto	Idus	Maias	flat Aquilo.
	11	Quinto	Idus	Maias	Turbatur aer.
	12	Quarto	Idus	Maias	spirat Auster.
Theodorę vir.	13	Tertio	Idus	Maias	Tempus est medium.
	14	Pridie	Idus	Maias	imbres descendunt.
Isidori marty.	15	Idibus			Spiritus flant Aquilonares.
	16	xvij.	Kal.	Iunias	spirat Auster & Aquilo.
	17	xvi.	kal.	Iunias	flat Auster vehemens.
	18	xv.	kal.	Iunias	descendunt imbres cum tonitruis.
Potētianę vir.	19	xiiij.	kal.	Iunias	hiemat aer moventurq; inuersos
	20	xiij.	kal.	Iunias	spirat Auster. (tonitrua.
	21	xij.	kal.	Iunias	Tempestas aeris Fauonio flante.
	22	xi.	kal.	Iunias	Austr. procellę cū tonitruis apparēt.
	23	x.	kal.	Iunias	pluit spirante Austro.
	24	ix.	Kal.	Iunias	flat Auster & pluit.
Vrbāi pa.mar.	25	viij.	kal.	Iunias	spirante Aquilone pluit.
	26	vij.	Kal.	Iunias	spirat Fauonius.
	27	vi.	Kal.	Iunias	Tempus medium.
	28	v.	Kal.	Iunias	spirat Aquilo & paululum pluit
	29	iiij.	kal.	Iunias	Austrinę dies, pluuiosus aer cū to.
	30	iij.	Kal.	Iunias	Turbidū est Cęlū, tōitrua sentiūtur
Petronillę vir.	31	Pridię	kal.	Iunias	Fauonius vel Chorus spirat et tonat

	1	Kal.	Iunij	Nullum apparet vel occultatur ſydus.
	2	Quarto Nonas	Iunias	idem eſt.
Bo.Sat. et mar.	3	Tertio Nonas	Iunias	Delphinus emergit.
au.mar.et mer.	4	Pridie Nonas	Iunias	orionis humeri emergũt initiũ ęſtatis
Auſtrale.	5	Nonis	Iunij	obſcurum eſt aſtrum.
	6	Octauo Idus	Iunias	nullum ſydus oritur vel occidit.
au.mar.et mer.	7	Septimo Idus	Iunias	Orionis humeri apparent.
Sol in Cancro.	8	Sexto Idus	Iunias	orion exoritur eſtq́ ſolſtitiũ ęſtiualę
	9	Quinto Idus	Iunias	nullum ſydus apparet vel occultatur
Bo.Sat.et mar.	10	Quarto Idus	Iunias	Serpentarius occidit in diluculo.
	11	Tertio Idus	Iunias	nullum occidit vel emergit ſydus.
au.mar.et mer.	12	Pridie Idus	Iunias	orion exoritur.
Auſtralis.	13	Idibus	Iunij	Aſtri obſcuri ortus eſt.
	14	xviij. kal.		Iulias	nullum oritur vel occidit ſydus.
	15	xvij. kal.	Iulias	nullum apparet vel occultatur ſydus
au.mar.et mer.	16	xvi. kal.	Iulias	orion exoritur.
Auſtralis.	17	xv. Kal.	Iulias	Canis incipit apparere.
	18	xiiij. kal.	Iulias	nullum oritur vel occidit ſydus.
Auſtrales	19	xiij. Kal.	Iulias	Matutino oritur canis, et zona orionis apparet.
Bo.Iou.et mer.	20	xij. kal.	Iulias	mane occidit arcturus.
	21	xi. Kal.	Iulias	nullum occidit vel oritur ſydus,
Auſtrale	22	x. kal.	Iulias	obſcurum aſtrum.
	23	ix. Kal.	Iulias	nullum apparet vel occultatur ſydus
au.mar.et mer.	24	viij. Kal.	Iulias	oritur orion & Ciconia apparet.
Borea. nebulo.	25	vij. Kal.	Iulias	Cancri oritur medium.
	26	vi. Kal.	Iulias	nullum oritur vel occidit ſydus.
Auſtralis.	27	v. Kal.	Iulias	Corona occidit in diluculo.
Bor.Iou.et Sat.	28	iiii. Kal.	Iulias	Cepheus oritur.
au.mar.et mer.	29	iii. kal.	Iulias	Totus orion emergit.
	30	Pridie Kal.	Iulias	nullum oritur vel occidit ſydus.

Secundi martyr.	1	Kal.	Iunij	Turbulentus aer cum tonitruis.
Marcel.et Pet.	2	Quarto Nonas	Iunias	Fauõius spirat vel chorus et tonat et
	3	Tertio Nonas	Iunias	flat auster.
	4	Pridie Nonas	Iunias	initium ęstatis.
	5	Nonis.	Iunij.	Fauonius cum austro spirant.
	6	Octauo Idus	Iunias	tẽpestas aeris cum spiritu aqlonari.
Pauli epi.cõf.	7	Septimo Idus	Iunias	Fauonius cum austro spirant.
	8	Sexto Idus	Iunias	nil noui.
	9	Quinto Idus	Iunias	auster cũ Fauonio flãt,pluit,et tonat
	10	Quarto Idus	Iunias	nil noui.
Barnabę apost.	11	Tertio Idus	Iunias	spirat auster cum Aquilone.
	12	Pridie Idus	Iunias	nil noui.
	13	Idibus	Iunij	intensus calor.
	14	xviij. kal.	Iulias	ęstiuus Cardo et momentanea aeris perturbatio.
Viti, et Mode.	15	xvij. Kal.	Iulias	Africus spirat cum Fauonio.
	16	xvi. Kal.	Iulias	Breuissima nox est.
	17	xv. Kal.	Iulias	pluit, vesperi.
Marci,et Mar.	18	xiiij. kal.	Iulias	fit concursus ventorum.
	19	xiij. Kal.	Iulias	nil noui.
Siluerij Papę.	20	xij. kal.	Iulias	aeris intemperies.
	21	xi. kal.	Iulias	turbatur aer ab Aquilone.
	22	x. kal.	Iulias	spirat auster vel Fauonius.
Vigilia	23	ix. kal.	Iulias	dies austrina atq; aeris turbatio.
Natiu.Ioannis.	24	viij. Kal.	Iulias	spirat Fauonius.
	25	vij. kal.	Iulias	nil noui.
Ioãn. et Pauli.	26	vi. kal.	Iulias	Ætesię flãt atq; cũ Austro aqlones.
	27	v. kal.	Iulias	spirat auster vehemens.
Vigilia.	28	iiij. kal.	Iulias	aeris perturbatio austrina.
Petri, et Pauli.	29	iij. kal.	Iulias	flat auster.
Cõme.S.Pauli.	30	Pridie kal.	Iulias	prodromi atq; ętesię spirant.

	1	Kalendis	Iulÿ,	Nullum	oritur, vel occidit ſydus.
au.mar.et mer.	2	Sexto	Nonas	Iulias.	totus etiam orion mane oritur.
	3	Quinto	Nonas	Iulias.	nullũ apparet vel occultatur ſydus.
	4	Quarto	Nonas	Iulias	idem eſt.
Auſtralis.	5	Tertio	Nonas	Iulias	Canicula oritur.
Auſtralis.	6	Pridię	Nonas	Iulias	idem oritur ſydus.
	7	Nonis	Iulÿ		nullum oritur vel occidit ſydus.
Auſtralis	8	Octauo	Idus	Iulias	Canis oritur in diluculo.
au.mar.et mer.	9	Septimo	Idus	Iulias	orion oritur totusq; apparet.
Sol igredit̃ Le.	10	Sexto	Idus	Iulias	canis oritur Solq; leonẽ ingreditur,
	11	Quinto	Idus	Iulias	idem eſt.
	12	Quarto	Idus	Iulias	idem.
Boreales oẽs.	13	Tertio	Idus	Iulias	to. Cãcer oritur cũ leõe, ſed aq. occi
Boreales oẽs.	14	Pridię	Idus	Iulias	Leo cũ Sole orit̃ et cane, at can. deſ.
Bo. Iou. et mer.	15	Idibus	Iulÿ	Gemini	incipiunt occidere, et canis emergit.
Boreales	16	xvÿ.	Kal.	Auguſti	Aquila occidit & Leo emergit.
	17	xvi.	kal.	Auguſti	nullum occidit vel oritur ſydus.
	18	xv.	kal.	Auguſti	idem eſt.
Auſtralis	19	xiiÿ.	Kal.	Auguſti	Stella lucida oritur in pectore leõis.
Borealis	20	xiÿ.	Kal.	Auguſti	Matutino occidit aquila.
	21	xÿ.	kal.	Auguſti	nullum oritur vel occidit ſydus.
Au.mar.et Io.	22	xi.	Kal.	Auguſti	Aquila occidit in diluculo.
Auſtralis	23	x.	kal.	Auguſti	idem ſydus occidit.
Borealis	24	ix.	kal.	Auguſti	Leonis oritur mediũ et arbor biduo
Borealis	25	viÿ	Kal.	Auguſti	Leonis oritur medium (apparet
Auſt.et Boreal.	26	vÿ.	kal.	Auguſti	Corona occidit et mediũ leõis appet
Borealis.	27	vi.	kal.	Auguſti	Fidicula contrahitur.
au.mar.et mer.	28	v.	Kal.	Auguſti	medium orionis occultatur:
Borealis.	29	iiÿ.	kal.	Auguſti	exoritur Leo.
	30	iÿ.	kal.	Auguſti	nullum occidit vel oritur ſydus.
	31	Pridię	kal.	Auguſti	idem eſt.

kal.

Martialis Epi.	1	Kal.	Iulij	flante aquilone imbres cū tonitruis
Visit.Ma. vir.	2	Sexto Nonas	Iulias	flatus prodromi concitantur.
	3	Quinto Nonas	Iulias	turbidus auster spirat.
	4	Quarto Nonas	Iulias	spirat Aquilo.
	5	Tertio Nonas	Iulias	Ætesię concitantur.
Oct.Pe.et Pa.	6	Pridie Nonas	Iulias	violentus spirat Aquilo.
	7	Nonis	Iulij	dimidium ęstatis, lętusq; dies est flatibus Aquilonis.
	8	Octauo Idus	Iulias	interdum Fauonius, interdum spirat auster, atq; Ætesię concitantur.
	9	Septimo Idus	Iulias	flat chorus.
Paterniāi epi.	10	Sexto Idus	Iulias	Chorus spirat.
	11	Quinto Idus	Iulias	Ætesię cū alijs vētis spirāt p dievnū
	12	Quarto Idus	Iulias	spūs prodromi late spirāt.(et bis dcē
	13	Tertio Idus	Iulias	nil noui.
	14	Pridie Idus	Iulias	idem.
	15	Idibus	Iulij	flant spiritus Austrini.
Eustachij epi.	16	xvij.	Kal. Augusti	spirat auster in caligine.
Marię v.et ale.	17	xvi.	Kal. Augusti	Æstus Canicularis. (spirāt
	18	xv.	Kal. Augusti	immēsi calores, Ætesię vehementer
	19	xiiij.	Kal. Augusti	spirat Aqlo at nō gelidus pp ęstum
Margari. virg.	20	xiij.	Kal. Augusti	fructus autumnales incipiunt apparere, turbidus est aer.
	21	xij.	Kal. Augusti	spirat Africus cum Austro.
Marię Magd.	22	xi.	Kal. Augusti	flante Africo, ardet ęstus.
	23	x.	Kal. Augusti	spiritus flat Austrinus.
Vigilia	24	ix.	Kal. Augusti	dies est Austrina.
Iacobi apostoli	25	viij.	Kal. Augusti	nymbosus flat Auster cū vehemētia.
Annę ma. Ma.	26	vij.	Kal. Augusti	vehemēs spir. au. apparēt et grues.
	27	vi.	Kal. Augusti	Austrina est dies atq; ęstuosa.
	28	v.	Kal. Augusti	Caligi. dies ab austro atq; ęstuosus.
Marthę virg.	29	iiij.	Kal. Augusti	intolerabilis ęstus cū nebul. so aere.
	30	iij.	Kal. Augusti	lenis spirat Sept. ęstusq; mediocris ē.
Fantini confes.	31	Pridie	Kal. Augusti	Au. spir. cū a gl. suntq; imēsi calores

Borealis.	1	Kalendis		Augusti	fidicula occidit mane estq́; initium autumni.
	2	Quarto	nonas	Augusti	nullum sydus oritur vel occidit.
Australes.	3	Tertio	nonas	Augusti	occidit delphinus cum lepore.
	4	Pridie	nonas	Augusti	nullum sydus oritur vel occidit.
	5	Nonis		Augusti	obscurum est astrum.
Australis.	6	Octauo	Idus	Augusti	delphinus occidit
	7	Septimo	Idus	Augusti	initium autumni.
Borealis.	8	Sexto	Idus	Augusti	fidicula occidit.
Borealis.	9	quinto	Idus	Augusti	delphinus occultatur.
Borealis.	10	Quarto	Idus	Augusti	fidicula occidit in diluculo.
Sol est in Vir.	11	Tertio	Idus	Augusti	nullum oritur vel occidit sydus.
Septerionalis.	12	Pridie	Idus	Augusti	oritur virgo.
Borealis.	13	Idibus		Augusti	virgo oritur.
Borealis.	14	xix.	kal.	Septeb.	oritur virgo.
	15	xviij.	kal.	septem.	nullum oritur vel occidit sydus.
Australis.	16	xvij.	kal.	septem.	delphinus oritur.
Borealis.	17	xvi.	kal.	septem.	emergit vimdemiator.
Borealis.	18	xv.	kal.	septem.	virgo incipit apparere.
	19	xiiij.	Kal.	septem.	nullum apparet vel occultatur sydus
Borealis.	20	xiij.	kal.	septem.	oritur virgo.
Borealis Ven.	21	xij.	kal.	septem.	oritur Andromede.
Borealis Ven.	22	xi.	kal.	septem.	idem sydus Andromedes oritur.
Australis.	23	x.	kal.	septem.	Piscis australis nõ occultatur ãpli
	24	ix.	Kal.	septem.	nullum occidit vel oritur sydus.
Bo. Iou. et mar.	25	viij.	kal.	septem.	arcturus oritur cum vimdemiator at malus occultatur.
	26	vij.	kal.	septem.	Mercurij domicilium.
Bo. Ve. et mer.	27	vi.	kal.	septem.	equus oritur.
Borealis.	28	v.	kal.	septem.	Capella emergit.
Bo. Io. et mar.	29	iiij.	kal.	septem.	arcturus apparet.
Borealis.	30	iij.	kal.	septem.	medium virginis oritur.
	32	Pridie	Kal.	septem.	nullum oritur vel occidit sydus.

Ad vin. S. Pet.	1	Kalendis		Augusti	incipit ventorum concursus.
	2	Quarto	nonas	Augusti	concursus ventorum & pugna.
	3	Tertio	nonas	Augusti	nil noui.
	4	Pridie	nonas	Augusti	æstus & calores.
Festum niuis.	5	Nonis		Augusti	spirat Fauonius cum austro.
Transf. Dñi.	6	Octauo	Idus	Augusti	nil noui.
	7	Septimo	Idus	Augusti	initium autumni.
	8	Sexto	Idus	Augusti	spirat aquilo.
Vigilia	9	quinto	Idus	Augusti	mediocris æstus.
Laurẽtij mart.	10	quarto	Idus	Augusti	spirat auster, pluit ac tonat.
	11	Tertio	Idus	Augusti	idem.
Claræ virg.	12	Pridie	Idus	Augusti	idem.
	13	Idibus		Augusti	aquilo spirat in aere lucido.
Vigilia.	14	xix.	kal.	septemb.	flat aquilo.
Assu. be. Ma.	15	xviij.	kal.	septem.	ponunt etesiæ, & aquilo frigidior incipit spirare.
Rochi confess.	16	xvij.	kal.	septem.	spirat auster.
	17	xvi.	Kal.	septem.	Fauonius vna cum austro spirat.
	18	xv.	kal.	septem.	idem.
	19	xiiij.	Kal.	septem.	Fauonius leuis spirat.
	20	xiij.	kal.	septem.	leuis Fauonius spirat.
	21	xij.	Kal.	septem.	idem.
Timoth. et soc.	22	xi.	kal.	septem.	imbres cum tonitruis, spirat vulturnus venti sunt instabiles.
Vigilia.	23	x.	Kal.	septem.	idem.
Bartho. apost.	24	ix.	Kal.	septem.	tonat & pluit.
	25	viij.	Kal.	septem.	idem.
	26	vij.	Kal.	septem.	spirat Fauonius imbres descendunt propter ventorum inconstantiam.
	27	vi.	Kal.	septem.	idem.
Augusti. epi.	28	v.	kal.	septem.	in vesperas flat Africus, & pluit.
Deco. Io. Bap.	29	iiii.	kal.	septem.	spirat aquilo interdum, & tonat.
	30	iii.	kal.	septem.	Fauonius flat cum Africo.
Fœlicis confess.	31	Pridie	kal.	septem.	idem.

SEPTEMBER.

	1	Kalendis		Sept.	nullum oritur vel occidit ſydus.
Bor.Io.et mar.	2	Quarto	Nonas	Sept.	arcturus oritur.
Borealis.	3	Tertio	Nonas	Sept.	idem ſydus oritur.
Boreales.	4	Pridie	Nonas	Sept.	Virgiliæ cum equo oriuntur.
Borealis.	5	Nonis		Sept.	oritur capella, hirũdines nõ vidẽtur
	6	Octauo	Idus	Sept.	duodecima portio eſt autumni.
	7	Septimo	Idus	Sept.	nullum oritur vel occidit ſydus.
Auſtralis.	8	Sexto	Idus	Sept.	piſcis oritur.
Sol eſt in libra.	9	Quinto	Idus	Sept.	Crater apparet et arcturi medium,
Bo.Iou.et mar.	10	Quarto	Idus	Sept.	arcturus oritur. (Auſt.et Bo.
Auſtralis.	11	Tertio	Idus	Sept.	Piſces emergũt, eſtq; auctũnale æq
Auſtralis.	12	Pridie	Idus	Sept.	Argo deſcendit. (nctiũ.
Auſtralis.	13	Idibus		Sept.	Piſces occidunt.
Au.mer.et Iou.	14	xviij.	Kal.	Octob.	Centaurus oritur.
	15	xvij.	kal.	Octo.	nullum ſydus oritur vel occidit.
Auſtrales.	16	xvi.	kal.	Octo.	hedi oriuntur.
Bor.et Auſtral.	17	xv.	kal.	Octo.	Virgiliæ amplius nõ emergũt et veſperi apparẽt, hedi cũ ſole oriũtur
	18	xiiij.	kal.	Octo.	nullum ſydus oritur vel occidit.
Boreales.	19	xiij.	kal.	Octo.	in diluculo Virgiliæ oriuntur.
Borealis.	20	xij.	kal.	Octo.	Capella emergit luceta; ad Virgiliarum occaſum veſpertinum.
Boreales.	21	xi.	kal.	Octo.	Virgiliæ ĩ Oriẽte incipiũt apparere.
Boreales.	22	x.	Kal.	Octo.	ortus eſt Virgiliarum.
Bo.ma.et mer.	23	ix.	kal.	Octo.	Auriga occidit.
Auſtrales.	24	viij.	Kal.	Octo.	hedi oriuntur.
Borealis merc.	25	vij.	Kal.	Octo.	Corona emergit.
Bo.Sa.et mar.	26	vi.	Kal.	Octo.	mediũ Arietis occidit cũ Scorpione.
Borealis.	27	v.	kal.	Octo.	idem.
Bo.& Auſtral.	28	iiij.	Kal.	Octo.	Corona cum hedis oritur.
Auſt. et Borea.	29	iij.	kal.	Octo.	hedi cum Virgilijs emergunt.
Bo.Iou.et mer.	30	Pridie	kal.	Octo.	Libra incipit oriri.

Egidij abbatis.	1	Kalendis		Sept.	nil noui.
Antonini mar.	2	Quarto	Nonas	sept.	idem.
	3	Tertio	Nonas	sept.	descendunt imbres.
	4	Pridie	Nonas	sept.	idem.
	5	Nonis		sept.	hirundines celantur et pluit.
	6	Octauo	Idus	sept.	duodecima portio Autumni incipit.
	7	Septimo	Idus	sept.	Fauonius cum Africo late spirant.
Nati. bea. Ma.	8	Sexto	Idus	sept.	ponit Septentrio.
	9	Quinto	Idus	sept.	nil noui.
Nicolai de To.	10	Quarto	Idus	sept.	plurimi imbres descendunt.
	11	Tertio	Idus	sept.	Equinoctium auctumnale.
	12	Pridie	Idus	sept.	perturbatio aeris pluuiosi.
	13	Idibus		sept.	fiũt p'uuię Austrinę, aeris et ventorum pturbatio cũ tẽpestate maris.
Exalta. S. Cru.	14	xviij.	kal.	octo.	nil noui.
	15	xvij.	kal.	octo.	turbidus ac nebulosus aer.
	16	xvi.	kal.	octo.	vehemens spirat auster. (procellę.
	17	xv.	Kal.	octo.	valide insurgunt ventorũ, et maris
	18	xiiij.	kal.	octo.	spirat vehemens auster, & horridę tempestates.
	19	xiij.	Kal.	octo.	flat pluuiosus auster.
Vigilia.	20	xij.	kal.	octo.	nil noui.
Mat. ap. et eu.	21	xi.	Kal.	octo.	mane flat auster.
	22	x.	kal.	octo.	idem flatus austrini.
	23	ix.	Kal.	octo.	tonat ab Aquilone.
	24	viij.	Kal.	octo.	pluit.
	25	vij.	Kal.	octo.	conuersio fit Æstatis.
	26	vi.	Kal.	octo.	idem.
Cosmę, et Da.	27	v.	Kal.	octo.	idem.
	28	iiii.	kal.	octo.	turbatur aer.
Michaelis arc.	29	iii.	kal.	octo.	Africus spirat.
Hieroni. pres.	30	Pridie	kal.	octo.	Fauonius spirat.

OCTOBER.

Borealis.	1	Kalendis		Octob.	Corona oritur in diluculo.
Boreales.	2	Sexto	nonas	Octob.	Virgiliæ oriuntur.
Borealis	3	Quinto	nonas	Octob.	Corona emergit.
	4	Quarto	nonas	Octob.	nullum sydus oritur vel occidit.
	5	Tertio	nonas	Octob.	est medium autumni.
au mar.et mer.	6	Pridie	nonas	Octob.	orion emergit.
Australis.	7	Nonis		Octob.	idem sydus emergit.
	8	Octauo	Idus	Octob.	nullum oritur vel occidit sydus.
Sol est in Scor.	9	Septimo	Idus	Octob.	Sol in scorpione.
Boreales.	10	Sexto	Idus	Octob.	Virgiliç occidunt.
Boreales.	11	quinto	Idus	Octob.	occidunt Virgiliç.
Borealis.	12	Quarto	Idus	Octob.	Cauda Tauri occidit.
Borealis.	13	Tertio	Idus	Octob.	Scorpius occidit.
Boreales.	14	Pridie	Idus	Octob.	Virgiliç occidunt.
Au.Ve. et Iou.	15	Idibus		Octob.	Centaurus occidit in diluculo.
Borealis.	16	xvij.	Kal.	Nouēb.	dimidium caudç scorpij occidit.
Au.in fa.Tau.	17	xvi.	kal.	Nouē.	occidunt suculç.
Bo.et Austral.	18	xv.	kal.	Nouē.	Virgiliç penitus occidunt cū orione
Bo.Iou.et mer.	19	xiiij.	kal.	Nouē.	arcturus occultatur.
Borealis.	20	xiij.	kal.	Nouē.	Cassiopea incipit abscondi.
Aust.et Borea.	21	xij.	kal.	Nouē.	orion cum aquila penitus occidunt, sed oritur fidicula.
Boreales.	22	xi.	kal.	Nouēb.	Virgiliç occidunt & arcturus absconditur.
	23	x.	kal.	Nouē.	nullum sydus oritur vel occidit.
Boreales.	24	ix.	Kal.	Nouē.	increpusculo oritur fidicula.
	25	viij.	kal.	Nouē.	nullum sydus oritur vel occidit.
Borealis.	26	vij.	Kal.	Nouē.	fidicula apparet in ortu solis.
Bor.Io.et mar.	27	vi.	Kal.	Nouē.	arcturus occidit summo mane.
Bor.et Austral.	28	v.	Kal.	Nouē.	celantur Virgiliç cum orione.
	29	iiij.	kal.	Nouē.	nullum oritur vel occidit sydus.
Borea.infrun.	30	iij.	Kal.	Nouē.	Astrum, scorpionis clarum est, & hiemalis Cardo.
	31	Pridie	kal.	Nouē.	initium est hiemis.

Remigij epi.	1	Kalendis		Octob.	mutantur venti atq; in mari fit aspera hiems.
	2	Sexto	nonas	Octob.	flat auster.
	3	Quinto	nonas	Octob.	aeris fit commutatio, tumultus.
Francisci conf.	4	Quarto	nonas	Octob.	immensus spirat aquilo.
	5	Tertio	nonas	Octob.	flat auster.
	6	Pridie	nonas	Octob.	rotulentus est aer.
	7	Nonis		Octob.	idem.
	8	Octauo	Idus	Octob.	tristis, & nubilus est aer.
Dionysii epi.	9	Septimo	Idus	Octob.	spirat Fauonius.
	10	Sexto	Idus	Octob.	conturbatio aeris.
	11	Quinto	Idus	Octob.	idem, sed pluit.
	12	Quarto	Idus	Octob.	pluuiosus flat auster.
Venantij abb.	13	Tertio	Idus	Octob.	spirat aquilo, & in mari tempestas horrida.
	14	Pridie	Idus	Octob.	nil noui.
	15	Idibus		Octob.	idem.
	16	xvij.	Kal.	Nouē.	illud idem.
	17	xvi.	Kal.	Nouēb.	gelidus aquilo spirat estq; in mari aspera hiems.
Lucę euang.	18	xv.	Kal.	Nouē.	nil noui.
	19	xiiij.	Kal.	Nouē.	flant spiritus vehementes.
	20	xiij.	Kal.	Nouē.	nil noui.
	21	xij.	Kal.	Nouē.	idem.
	22	xi.	Kal.	Nouē.	mane cadit pruina fitq; conuersio aeris ad frigus.
	23	x.	Kal.	Nouē.	frigidi flant venti, & pluit.
	24	ix.	Kal.	Nouē.	spirat aquilo.
	25	viij.	Kal.	Nouē.	flat auster, & Fauonius, fiuntq; imbres.
	26	vij.	Kal.	Nouē.	spirat aquilo.
	27	vi.	Kal.	Nouē.	nebulosus est aer.
Simonis, et Iu.	28	v.	Kal.	Nouē.	flat aquilo.
	29	iiij.	Kal.	Nouē.	turbidus ac modestus est aer.
	30	iij.	Kal.	Nouē.	nil noui.
	31	Pridie	Kal.	Nouē.	initium hiemis.

NOVEMBER.

Boreales.	1	Kalendis		Noue.	Virgiliç occultantur.
Borealis.	2	Quarto	Nonas	Noue.	emergit media stella scorpionis.
Bore. & Aust.	3	Tertio	Nonas	Noue.	Virgiliç cum orione occidunt mane
Borealis.	4	Pridie	Nonas	Noue.	occidit scorpius.
Borealis.	5	Nonis		Noue.	summo manę oritur fidicula.
	6	Octauo	Idus	Noue.	idem est.
	7	Septimo	Idus	Noue.	nullum oritur vel occidit sydus.
Sol est in Sagi.	8	Sexto	Idus	Noue.	oritur orion cum fidicula, australis. & borealis.
Australis.	9	Quinto	Idus	Noue.	Cornu Tauri occidit cum Sole.
	10	Quarto	Idus	Noue.	nullum oritur vel occidit sydus.
Au. in fu. Tau.	11	Tertio	Idus	Noue.	Succulę occidũt cũ lepore sũmo ma
	12	Pridie	Idus	Noue.	nullum occidit vel oritur sydus.(ne
Australes.	13	Idibus		Noue.	occidunt Tauri Cornua.
	14	xviij.	kal.	Decē.	initium est hyemis secundũ Ptolem.
	15	xvij.	kal.	Decē.	Sol ascendit primam partem Sagit.
	16	xvi.	kal.	Decē.	idem est.
Australis.	17	xv.	kal.	Decē.	occidit Canis.
Australis.	18	xiiij.	kal.	Decē.	Canis incipit abscondi.
Australis.	19	xiij.	Kal.	Decē.	Canis occidit summo mane.
Australis.	20	xij.	kal.	Decē.	orion occidit.
Australis.	21	xi.	kal.	Decē.	totus orion occidit summo mane.
Australis.	22	x.	kal.	Decē.	Canis occidit.
	23	ix.	kal.	Decē.	nullum oritur vel occidit sydus.
Australis.	24	viij.	Kal.	Decē.	Sagittarius occidit.
	25	vij.	kal.	Decē.	nullum sydus oritur vel occidit.
Borealis.	26	vi.	kal.	Decē.	medium scorpij emergit.
Borealis.	27	v.	kal.	Decē.	oritur aquila.
Borealis.	28	iiij.	kal.	Decē.	emergit totus scorpius.
Australis.	29	iij.	kal.	Decē.	summo mane canis oritur.
	30	Pridie	kal.	Decē.	nullum oritur vel occidit sydus.

Festum

Fest. oium san.	1	Kalendis		Noue.	nil noui.
Cōme. Defun.	2	Quarto	Nonas	noue.	idem.
	3	Tertio	Nonas	noue.	illud idem.
	4	Pridie	Nonas	noue.	idem.
Zac. p. Io. Ba.	5	Nonis		noue.	vulturnus, auster et Bor. simul flāt.
	6	Octauo	Idus	noue.	idem est.
	7	Septimo	Idus	noue.	dies tempestuosa, & auster superuenit
Quatuor Cor.	8	Sexto	Idus	noue.	tempestas aeris.
	9	Quinto	Idus	noue.	spirat aquilo.
	10	Quarto	Idus	noue.	horrida tempestas.
Martini Epi.	11	Tertio	Idus	noue.	nil noui.
	12	Pridie	Idus	noue.	gelida pluuia descendit.
	13	Idibus		noue.	nil noui.
	14	xviij.	Kal.	dece.	initium hyemis, incipiunt frigora, & rores gelidi cadunt.
	15	xvij.	kal.	dece.	nil noui.
	16	xvi.	kal.	dece.	idem.
	17	xv.	Kal.	dece.	dies est Austrina & pluit
	18	xiiij.	Kal.	dece.	nebulosus est aer.
Helisabet vid.	19	xiij.	kal.	dece.	pluit, Africo flante
	20	xij.	Kal.	dece.	spirat Fauonius, et austro flāte pluit
Prese. be. Ma.	21	xi.	kal.	dece.	perturbatio aeris, flante septētrione
Cecilię virgi.	22	x.	kal.	dece.	vesperi flat septentrio.
	23	ix.	Kal.	dece.	tempestuosa dies cum nubibus.
Grisogoni., m.	24	viij.	kal.	dece.	spirat aquilo.
Catherinę vir.	25	vii.	kal.	dece.	pluit per totam diē spirante aqlone
	26	vi.	Kal.	dece.	nil noui.
	27	v.	kal.	dece.	flat Africus.
	28	iiij.	kal.	dece.	idem.
	29	iii.	kal.	dece.	spirat auster.
Andreę apost.	30	Pridie	kal.	dece.	vehemens spirat Aquilo cęlumq̃ est caliginosum pp tēpestates.

Australes.	1	*Kalendis*		*Decẽb.*	*obscurum astrum.*
	2	*Quarto*	*nonas*	*Decẽb.*	*nullum sydus oritur vel occidit.*
Borealis.	3	*Tertio*	*nonas*	*Decẽb.*	*oritur totus scorpius.*
Borealis.	4	*Pridie*	*nonas*	*Decẽb.*	*Capella occidit.*
	5	*Nonis*		*Decẽb.*	*nullum sydus oritur vel occidit.*
	6	*Octauo*	*Idus*	*Decẽb.*	*idem.*
Sol in Capric.	7	*Septimo*	*Idus*	*Decẽb.*	*solstitium brumale est.*
	8	*Sexto*	*Idus*	*Decẽb.*	*obscurum astrum.*
Borealis	9	*Quinto*	*Idus*	*Decẽb.*	*Capella oritur.*
Aust. et Borea.	10	*Quarto*	*Idus*	*Decẽb.*	*oritur aquila cum Capricorno.*
	11	*Tertio*	*Idus*	*Decẽb.*	*nullum oritur vel occidit sydus.*
Australis.	12	*Pridie*	*Idus*	*Decẽb.*	*vesperi aquila oritur.*
Borealis.	13	*Idibus*		*Decẽb.*	*Capella emergit in diluculo.*
	14	*xix.*	*Kal.*	*Ianua.*	*deest quoniam neq apud testamentum Ptolem. reperitur.*
	15	*xviij.*	*kal.*	*Ianua.*	
	16	*xvij.*	*kal.*	*Ianua.*	
	17	*xvi.*	*Kal.*	*Ianua.*	
	18	*xv.*	*Kal.*	*Ianua.*	*Et sunt isti dies.*
	19	*xiiij.*	*Kal.*	*Ianua.*	
	20	*xiij.*	*Kal.*	*Ianua.*	
	21	*xij.*	*Kal.*	*Ianua.*	
Longius. dies.	22	*xi.*	*Kal.*	*Ianua.*	*Aquila & corona occidit, austr.*
Sol magis ascẽ.	23	*x.*	*Kal.*	*Ianua.*	*occidit medium Cancri, borealis.*
Borealis.	24	*ix.*	*Kal.*	*Ianua.*	*occidit reliquum Cancri.*
Australes.	25	*viij.*	*Kal.*	*Ianua.*	*Delphinus oritur cum Cane.*
Bo. et Austral.	26	*vij.*	*Kal.*	*Ianua.*	*oritur fidicula, Aquila occidit, Delphinus totus emergit.*
Australis.	27	*vi.*	*Kal.*	*Ianua.*	*Aquila vesperi occidit.*
	28	*v.*	*Kal.*	*Ianua.*	*nullum sydus oritur vel occidit.*
Borealis.	29	*iiij.*	*Kal.*	*Ianua.*	*saturni domicilium, Capricornus incipit emergere.*
	30	*iij.*	*Kal.*	*Ianua.*	*nullum sydus oritur vel occidit.*
	31	*Pridie*	*Kal.*	*Ianua.*	*idem.*

Candidi mart.	1	Kalẽdis		Decẽb.	Septentrio flat, & cecias.
	2	quarto	nonas	Decẽb.	Aquilo spirat vehemens, & pluuiosus subsequitur auster.
	3	Tertio	nonas	Decẽb.	flat auster & aquilo, pluitq́;.
Barbarę virg.	4	Pridie	nonas	Decẽb.	spirat auster, & aquilo extatq́; aeris perturbatio.
	5	Nonis		Decẽb.	idem.
Nicolai epi.	6	Octauo	Idus	Decẽb.	idem.
	7	Septimo	Idus	Decẽb.	Ventorum concursus, & pugna.
Cõcep. Be. ma.	8	Sexto	Idus	Decẽb.	idem.
	9	quinto	Idus	Decẽb.	idem.
	10	Quarto	Idus	Decẽb.	Aquilo incipit flare, auster superueniens totum diem obtinet.
	11	Tertio	Idus	Decẽb.	idem.
	12	Pridie	Idus	Decẽb.	idem.
Lucię virginis	13	Idibus		Decẽb.	idem.
	14	xix.	Kal.	Ianua.	deest q̃m neq; apud Ptol. reperitur.
	15	xviij.	kal.	Ianua.	
	16	xvij.	kal.	Ianua.	
	17	xvi.	kal.	Ianua.	
	18	xv.	kal.	Ianua.	
	19	xiiij.	kal.	Ianua.	
Vigilia.	20	xiij.	kal.	Ianua.	
Thomę apost.	21	xij.	kal.	Ianua.	
	22	xi.	Kal.	Ianua.	insurgit tempestas.
	23	x.	kal.	Ianua.	venti ponunt.
Vigilia.	24	ix.	kal.	Ianua.	varius fit status aeris.
Natiuitas dñi.	25	viij.	kal.	Ianua.	hiems dimidiata aquilones continui.
Stephani prot.	26	vij.	Kal.	Ianua.	ventorum fit concursus.
Ioãnis euang.	27	vi.	Kal.	Ianua.	spirat auster.
Sãcto. Innocẽ.	28	v.	Kal.	Ianua.	Septentrio, & aquilo vehementer flantes concurrunt.
	29	iiij.	Kal.	Ianua.	Auster, & Fauonius flant vnà, pluuię cum caligine vespertino.
	30	iij.	Kal.	Ianua.	Auster flat cum pluuia.
Syluestri papę.	31	Pridie	kal.	Ianua.	Pluuiosus flat Auster, et violentior.

	1	Kalendis	Ianuarij	nullum ſydus oritur vel occidit.
	2	Quarto	nonas Ianua.	ĩdem. (cidit.
Auſtralis Can.	3	Tertio	nonas Ianua.	obſcurũ aſtrũ. Primaq; mali ps oc
Bor. Sa. et mar.	4	Pridie	nonas Ianua.	obſcurũ aſtrũ, Leoq; ĩcipit abſcõdi.
	5	Nonis	Ianua.	nullum ſydus oritur vel occidit.
Sol in Aquario	6	Octauo	Idus Ianua.	Sol in Aquario.
Borealis.	7	Septimo	Idus Ianua.	fidicula ĩcipit occidere matutino.
Bor. & Auſtr.	8	Sexto	Idus Ianua.	Leo occidit cũ delphino in diluculo
	9	quinto	I dus Ianua.	Hyemis conuerſio, & medium.
Borealis.	10	Quarto	Idus Ianua.	medium Cancri occidit, & Aquarius incipit emergere.
Borealis.	11	Tertio	Idus Ianua.	emergit totus Aquarius.
Boreales.	12	Pridie	Idus Ianua.	occidit fidicula cum Cancro.
	13	Idibus	Ianua.	nullum ſydus oritur vel occidit.
	14	xix.	kal. Febr.	ĩdem eſt.
	15	xviij.	kal. Febr.	idem.
Borealis.	16	xvij.	kal. Febr.	fidicula incipit occidere.
Bo. re. mar. Io.	17	xvi.	kal. Febr.	aſtrũ clarũ in pectore Leonis ĩcipit occidere, et fidicula occidit veſ.
	18	xv.	kal. Febr.	nullum ſydus oritur vel occidit.
Auſtrales.	19	xiiij.	Kal. Febr.	delphinus incipit occidere.
Borealis.	20	xiij.	kal. Febr.	fidicula circa primam facem incipit occidere.
	21	xij.	kal. Febr.	nullũ ſydus apparet, vel occultatur:
Borealis.	22	xi.	kal. Febr.	obſcurum aſtrum apparet, & fidicula incipit occidere.
	23	x.	kal. Febr.	nullum ſydus occidit vel apparet.
Boreales.	24	ix.	Kal. Febr.	medium Leonis occidit cũ fidicula.
Auſtralis.	25	viij.	kal. Febr.	delphinus occidit.
Auſtralis.	26	vij.	kal. Febr.	emergit Zona Orionis.
Borealis.	27	vi.	kal. Febr.	fidicula occidit.
	28	v.	kal. Febr.	nullum ſydus occidit, vel apparet.
	29	iiij.	kal. Febr.	idem.
Borealis.	30	iij.	kal. Febr.	obſcurũ aſtrũ, Aquarius emergit.
	31	Pridie	Kal. Febr.	nullum ſydus apparet, vel occidit.

Circũci. Dñi.	1	Kalendis		Ianuarij	*Septentrio flat cum multo imbre, & aspera tempestate.*
	2	Quarto	nonas	Ianua.	*spirat auster.*
	3	Tertio	nonas	Ianua.	*pluit noctu.*
	4	Pridie	nonas	Ianua.	*varia Aquilonis inconstantia, imbresq; descendunt.*
	5	Nonis		Ianuarij	*Septẽtrio vehemẽs flat cũ Aqlone.*
Epipha. Dñi.	6	Octauo	Idus	Ianua.	*Vulturnus cum pluuia.*
	7	Septimo	Idus	Ianua.	*Ventorum fit concursus.*
	8	Sexto	Idus	Ianua.	*Aquilo, Septentrio, & Auster concurrunt, & pluuię descendunt.*
	9	quinto	Idus	Ianua.	*Hyemis medium.*
Pau. primi ere.	10	quarto	Idus	Ianua.	*Aquilo spirat cum Austro.*
	11	Tertio	Idus	Ianua.	*Africus spira, & pluit.*
	12	Pridie	Idus	Ianua.	*Vesperi pluit.*
Octa. Epipha.	13	Idibus		Ianuarij	*Aquilo flat cum pluuia.*
	14	xix.	kal.	febr.	*vehemẽs flat Aquilo cũ Vulturno.*
	15	xviij.	kal.	febr.	*tẽpestas horridior, idẽ vẽti spirant.*
	16	xvij.	kal.	febr.	*spirat Aquilo interdum, & pluit.*
Antonij abba.	17	xvi.	Kal.	febr.	*Ventorum concursus cum nubibus.*
	18	xv.	kal.	febr.	*idem.*
	19	xiiij.	Kal.	febr.	*vehemens Aquilo spirat cũ pluuia.*
	20	xiij.	kal.	febr.	*imbres niuibus mixti descendunt.*
	21	xij.	Kal.	febr.	*Auster cum Vulturno spirat.*
Vincentij mar.	22	xi.	kal.	febr.	*aer crassus'ẽ, & Fauo. spirare icip.*
	23	x.	Kal.	febr.	*Septẽtriones flant cum Aquilone.*
	24	ix.	Kal.	febr.	*Auster vesperi fit violẽtior, & pluit.*
Cõuer. S. Pau.	25	viij.	Kal.	febr.	*turbidus est aer flatu Fauonij*
	26	vij.	Kal.	febr.	*Fauonius spirat ab occasu.*
Io. Grisostomi.	27	vi.	Kal.	febr.	*Veris initium, spiratq; Fauonius,*
	28	v.	kal.	febr.	*fauonius cum Aquilone spirat.*
	29	iiii.	kal.	febr.	*idem.*
	30	iii.	kal.	febr.	*Septẽtrio flat cum fauonio incredum & pluit.*
Ig. marty.	31	Pridie	kal.	febr.	*spirat subsolanus.*

Bo.Io.et mar.	1	Kalendis		Febr.	oritur arcturus
	2	Quarto	nonas	Febr.	nullum sydus oritur vel occidit.
Australis.	3	Tertio	nonas	Febr.	Sagittarius occidit vesperi.
Australis.	4	Pridie	nonas	Febr.	Crater oritur vesperi.
Sol in Piscibus	5	Nonis		Febr.	Sol est in piscibus.
	6	Octauo	Idus	Febr.	nullum oritur vel occidit sydus.
Borealis.	7	Septimo	Idus	Febr.	Virgo occidit iuxta geminos
Austr & Bor.	8	Sexto	Idus	Febr.	malus occidit vesperi et virgo incipit occidere.
Australis.	9	quinto	Idus	Febr.	malus absconditur.
Bor.Sa.et mar.	10	Quarto	Idus	Febr.	Leo occidit.
Bo.Io. et mar.	11	Tertio	Idus	Febr.	arcturus a prima vigilia incipit occidere.
	12	Pridie	Idus	Febr.	nullum sydus occidit vel oritur.
	13	Idibus		Febr.	idem.
Borealis.	14	xvi.	kal.	Mart.	Aquarius incipit oriri.
Bo.Io. et mar.	15	xv.	Kal.	Mart.	Arcturus emergit.
Borealis.	16	xiiij.	kal.	Mart.	Arcturus oritur diluculo.
Australis.	17	xiij.	kal.	Mart.	malus occidit vesperi.
	18	xij.	kal.	Mart.	nullum oritur vel occidit sydus.
	19	xi.	kal.	Mart.	idem.
	20	x.	kal.	Mart.	vindemiator incipit apparere.
Borealis.	21	ix.	kal.	Mart.	Arcturus emergit orto Sole.
Bo.Io.et mar.	22	viij.	kal.	Mart.	Arcturus etiam emergit.
Borealis.	23	vij.	kal.	Mart.	Arcturus interdiu emergit.
Bor.& Austr.	24	vi.	Kal.	Mart.	nullum sydus oritur vel occidit.
Borealis.	25	v.	kal.	Mart.	Equus occidit summo mane, & corona absconditur diluculo.
Principiũ veris	26	iiij.	kal.	Mart.	occidit equus Sol piscium obtinet dimidium.
	27	iij.	kal.	Mart.	miluus incipit apparere et piscis abscondi in tergore, matutino.
Borealis.	28	Pridie	kal.	Mart.	Occidit equus summo mane, miluus a sublimi vergit deorsum occidit et vindemiator sed arctu emergit.

Egna.ep.et m̄.	1	*Kalendis*		*febr.*	*Subſolanus ſpirat.*
Puri.Bea.Ma.	2	*Quarto*	*nonas*	*febr.*	*ventorum concurſus.*
	3	*Tertio*	*nonas*	*febr.*	*Tempeſtas aſpera.*
	4	*Pridie*	*nonas*	*febr.*	*mutatis ventis ſpirat auſter.*
	5	*Nonis*		*febr.*	*hyemat dies.*
Dorothee vir.	6	*Octauo*	*Idus*	*febr.*	*ſpirat Septentrio cum auſtro, Sol nouus.*
	7	*Septimo*	*Idus*	*febr.*	*flat auſter cum Fauonio et aquilone*
	8	*Sexto*	*Idus*	*febr.*	*ſpirat Fauonius.*
	9	*quinto*	*Idus*	*febr.*	*Fauonius flat.*
Scolaſtice vir.	10	*quarto*	*Idus*	*febr.*	*ſpirat Septentrio cum auſtro.*
	11	*Tertio*	*Idus*	*febr.*	*pluuioſus aquilo ſpirat, Aquilones chelidonij appellati incipiunt, & flant quadriduo, apparent hirundines.*
	12	*Pridie*	*Idus*	*febr.*	*Fauonius ſpirat et nox exiſtit nubila*
	13	*Idibus*		*febr.*	*alciones appellati dies.*
Valētini preſ.	14	*xvi.*	*kal.*	*Mart.*	*Chorus vnà cum aquilone ſpirant.*
	15	*xv.*	*kal.*	*Mart.*	*hyemat matutino.*
	16	*xiiij.*	*Kal.*	*Mart.*	*pluit matutino.*
	17	*xiij.*	*kal.*	*Mart.*	*nil noui.*
Simeonis ep.m̄.	18	*xij.*	*Kal.*	*Mart.*	*late ſpirat Fauonius, uernus eſt dies*
	19	*xi.*	*kal.*	*Mart.*	*Auſter cum Africo vnà, ſpirat.*
	20	*x.*	*Kal.*	*Mart.*	*flat gelidus aquilo.*
Septuagin. m̄.	21	*ix.*	*kal.*	*Mart.*	*aer nymboſus, pluit, & flat aquilo.*
Cathed. S.Pe.	22	*viij.*	*Kal.*	*Mart.*	*idem.*
	23	*vij.*	*Kal.*	*Mart.*	*idem.*
Mathię apoſt.	24	*vi.*	*Kal.*	*Mart.*	*Aquilo ſpirat, nubilumq́; eſt cęlum.*
	25	*v.*	*Kal.*	*Mart.*	*flat aquilo, aquarum de cęlo copia.*
	26	*iiij.*	*Kal.*	*Mart.*	*aues marinę incipiunt apparere. flat aquilo & ſeptentrio.*
	27	*iij.*	*kal.*	*Mart.*	*flat auſter.*
Romani abba.	28	*Pridie*	*kal.*	*Mart.*	*gelidus flat aquilo.*

QVI MENSES CONCOR- dant in vmbris, & meridie.

MArtius concordat Septembri, Aprilis Augusto, & Maius Iunio; Iulius vero discors est in vmbris, & meridie horũ, instar Nouembris, Decembris, & Ianuarij, sed October conuenit cum Februario in vmbris, & meridie.

DE HORA HORTVS SOLIS singulorum Mensium, iuxta horologium hesperie.

Mense Martio oritur sol hora	12	minutis	26
Mense Aprili oritur sol hora	11	minuto	0
Mense Maio oritur sol hora	9	minutis	44
Mense Iunio oritur sol hora	9	minutis	6
Mense Iulio oritur sol hora	9	minutis	6
Mense Augusto oritur sol hora	10	minuto	0
Mense Septembri oritur sol hora	11	minutis	26
Mense Octobri oritur sol hora	12	minutis	52
Mense Nouembri oritur sol hora	14	minutis	10
Mense Decembri oritur sol hora	15	minutis	2
Mense Ianuario oritur sol hora	15	minuto	0
Mense Februario oritur sol hora	13	minutis	45

DE HORA MERIDIEI MENsium, iuxta eundem horologium.

Meridies Martij est hora	18	minutis	50
Meridies Aprilis est hora	17	minutis	18
Meridies Maij est hora	16	minutis	43
Meridies Iunij est hora	16	minutis	28
Meridies Iulij est hora	16	minutis	43
Meridies Augusti est hora	17	minutis	18
Meridies Septembris est hora	18	minuto	0
Meridies Octobris est hora	18	minutis	40
Meridies Nouembris est hora	19	minutis	17
Meridies Decembris est hora	19	minutis	32
Meridies Ianuarij est hora	18	minutis	46
Meridies Februarij est hora	18	minutis	42

De

DE COGNOSCENDIS *horis diei ex vmbra gnomonis.*

LEgimus apud Pal. Rutilium in Lib. de Re Rustica, quædam de spatio, dierum mensium, atque annorum, quas legit ille per mensuram pedum, vt notissimum est studentibus Palladio, quod cum ab omnibus haud bene perciperetur, indicauimus expositione dignum ad vtilitatem hominum; Carent nanque pleraque loca horologijs, quibus Ciuitates vt plurimum ornantur, propterea sciendum est quòd pedem constituunt latitudines palmarum manus quatuor, palmam vero faciunt quatuor digiti, & digitum quatuor grana ordei posita secundum latitudinem, Tandem pes constat quatuor palmis, palma quatuor digitis, & digitus quatuor granis ordei. Notandum est etiam quòd quinque pedes faciunt stadium, sed octo stadia miliare tantum, at miliaria duo constituunt leucam, vt igitur noscatis quod scripsit Palladius, admodum occultius, lucidiori sermone quàm poterimus vobis desiderantibus exponemus; Quapropter vt ex vmbra gnomonis seu montis comprehendatur tempus vel hora diei admeridiem vsque, & a meridie ad occasum, Sciendum est, quòd quolibet mense in omni regione, quando Sol oritur, fit comprehensio horarum per vmbram quæ legitur pedibus a gnomone ad terminum vmbræ, ab ortu Solis ad meridiem, & a meridie ad occasum; Tandem in Emisperio Romano secundum horologium hesperiæ, oritur Sol kal. Ianuarij hora quartadecima, hac demum hora vmbra gnomonis erit pedum triginta vno detracto, vel sex passuum, quinta parte sexti passus detracta, vel erit palmarum manus sexdecim supra centum, vel digitorum quater centis cum sexagenis quatuor, vel granorum ordei mille cum quater centis sex & quingentis; Tum ergo prima hora kal. Ianuarij lecta per grana vel digitos vel palmas, vel pedes, vel passus, erit hora quarta decima iuxta horologium magnæ Greciæ iam dictæ; Secunda hora diei quæ est quinta decima faciunt gnomonis vmbram pedum decem & octo vel passus quatuor cum duabus partibus quinti passus, vel palmas manus duas cum septingentis, vel digitos ducentos cum octingentis octo, lectis tandem ijs erit secunda hora diei, vel hora quintadecima, Verum ho-

decim, vel trium passuum cum tribus partibus quarti passus vel palmas sexaginta vel digitos quadrigentos cum ducentis, vel grana nouem centena cum sexagenis, & est tertia hora diei vel hora sextadecima, Quarta hora est decimaseptima facit gnomonis vmbram pedum duode cim vel passuum duorum cum duabus partibus tertij passus vel palmarum quadraginta octo vel digitorum centum cum nonaginta duobus vel grana sexaginta cum septingentis, quibus lectis erit hora quarta diei vel hora decimaseptima, hora quinta diei est hora decimaoctaua gnomonis vmbram extendit pedum decem, & hæc hora est circa meridiem, vel duorum passuum, vel palmarum quadraginta, vel digitorum centum & sexaginta, vel granorum quadraginta cum sexcentis vmbram facit, hoc etiam ordine leges horas per vmbram gnomonis descendendo in decrementum diei solis ad occasum; Et quod scripsimus de mense Ianuario Exemplum sit vobis, Canon, vel methodus in omnes alios Menses, ab hortu ad meridiem, a meridie ad occasum ad ipsum mundi finem, vel dum Verus Conditor Olympi præsentem seriem seruabit seculorum.

PRÆCIPVE STELLÆ QVÆ *occidunt vel oriuntur cum Sole.*

INchoantes a Martio & per alios vndecim Menses currentes has præcipuas stellas oriri atque occidere cum Sole comperimus conscriptas a Ptolemeo, vt Leonicenus interpetratus est, vir equidem in omni genere musarum peritissimus; Est igitur argonauis, Pisces, Equus, Miluus, cum Ariete; Estque Cancer, Scorpius, Virgiliæ cum succulis & paruo præsepe; Est & perseus, Caput Tauri, fidicula, Canis, Centaurus, Precion vel Canicula, Arcturus, Sagittarius, Capella, Aquila, Delphinus, orion, Serpentarius, Zona orionis, Astrum obscurum, Ciconia, Corona, Cepheus, Canicula, Leo, Gemini, Arbor, Lepus, vindemiator, Virgo, Andromede, Malus, Mercurij domicilium, Crater, Argo, Centaurus, Hedi, Auriga, Lira, Cauda Tauri, Centaurus, Cauda Scorpij, Succulæ, Casiopea, Cornu Tauri, Lepus, Cancer Aquarius, Crater, & Miluus.

DE QVATVOR ANNI COMplexionibus quas sequitur humani generis temperatura.

PRimum Zodiaci quartum est calidum & humidum vernum quem sequitur ętas puerilis, quia humida & sanguinea, secundum anni quartum calidum & siccum est quia ęstiuum, hunc sequitur temperatura Iuuenum, Calens & biliosa; Tertium quartum anni frigidum & siccum est Autumnale, quem sequitur senilis ętas quia frigida & sicca. Quartum Zodiaci quartum est frigidum & humidum hyemale quem sequitur decrepitas quia frigida & humida est, ex Ptolemeo.

DE TEMPERATVRA humani generis quatuor Partium orbis.

GEnus humanum quod partes eoas Colit biliosam possidet temperaturam, quoniam in parte orientis siccitas dominatur, cum primum etenim sol egreditur exsiccare incipit quod nox ipsa humefecerat, Et spiritus qui inde concitantur carent nubibus in partibus Eois, Genus vero occidētis pituitosum est quoniam nox ipsa humectat fortius partem illam quàm sol exsiccat, & venti frigidi sunt acolis; Genus vero incolens meridianam regionem valde calidum est, ideo vergit ad bilem vstam, & hoc propter maximum calorem solis, & venti inde spirantes acolis sunt calidi atq; vrentes. Genus etiam Septentrionis valde frigidum est, quia pars illa frigida est propter lōginquitatem solis, ideo & flatus qui inde mouentur multum gelidi sunt, possibile autem est quòd impermutatis regionibus generi humano mutetur & temperatura, vt ex biliosa fiat melancolica, Ex sanguinea pituitosa & econuerso, dum traxerit longiorem moram in regione aliena, ideo necessarium est pręcipue medenti cognoscere qualitates quatuor partium orbis & earum mutationes dum temperaturas generis diuersi in diuersis Climatibus seruare cupit, & interpretati ad propriam reducere temperaturam. Quoniam Ptolemeus. T. primo quadrip. Cap. xi. Et in rebus istis est proficuum & auxilium magnum pro cognoscendo complexiones, omnium partium quolibet tempore, quia manifestum est quod virtus cum qua operantur stellę, mutantur per sta-

DE NATVRA QVARVNDAM Stellarum fixarum.

NE autem et natura singularum stellarum, vel saltem pręcipuarum sit ignota illis qui Astronomię non norunt doctrinam, in hac parte docebimus illos naturam orientium vel occidentium stellarum, vt opus suum cerciori modo vel dirigere, vel comprimere possint singulis diebus, vel cum oritur, seu occidit stella, vel diebus interpositis etiam, non.n. singulis diebus oritur vel occidit, vt scriptum est a Ptolemeo, & a nobis superius secundum eius doctrinam. A signis igitur incohantes dicimus stellam fixam in Arietis Capite naturę Saturni, & Martis esse, cuius ortus indicat magnam siccitatem & temperatum calorem; Sed in ore Arietis stella compar est naturę Mercurij, & paululum virtuti Saturni, Et in pedibus naturę Martis, ast in cauda, Veneris; Verum stellę in cauda Tauri, naturę sunt, Veneris magis quàm Saturni, frigidum, & humidum tempus efficientes, Pleiades sunt naturę Lunę & Martis, & sunt temperate complexionis inter humidum, & siccum, In capite Tauri stellę sunt naturę Martis, calidę, alię autem sunt magis proxime naturę Martis quàm Mercurij, quoniam Ptol. docet quòd plurimum frigidę, & parum sint humidæ, Sed eius in cornibus sunt naturæ Martis ideo calidæ, Gemini, stellas habent lucidiores, in coxis, & sunt naturæ Saturni, in pedibus vero Mercurij parum, & Veneris; Magnę stellę in capitibus sunt due, sed anterior est naturę Mercurij, alia vero Martis, Cancri in pedibus stella naturæ est Mercurij quamuis descendat paululum ad virtutem Martis, sed in grasiis alię proprietatis Saturni, & Mercurij, & in pectore Martis virtutem possident, sed hoc per egregium, cuiq; erudito notandum putamus, quòd stellę naturæ Martis, & visum proprie abscindunt, & lumen, ait Ptol. Pręsepe, duę sunt stellę, naturæ Martis & Solis, & sunt valde calidæ, & siccę, Leonis in Capite sunt duę, stellę, naturæ Saturni, ac Martis aliquantulum, in corde Leonis, Martis, & Iouis, & hæc stella Regalis est vehementer calida, in dorso, & cauda eius, naturæ sunt Saturni & Veneris, Virginis in Capite stellę Mercurij naturæ ac Martis parum, sed in Alla Septentrionali atq; in dorso, Mercurij, & Martis aliquantulum etiam, sed Mercurius po-

tentior est in stellis Virginis, Librę stella est naturæ Veneris, parum, & Mercurij, & in pedibus proprietatis, Mercurij & Martis, Scorpij in Capitibus stellę naturæ sunt Saturni & Mercurij, alia autem in medio Saturni, aliquantulum, & Martis; Quæ sunt in medio earum, naturæ sunt Saturni & Martis, vt dictæ, Sagittarij in puncto sagittæ naturæ Martis & Lunæ, quæ est impressa manui naturæ Iouis & Martis est, in Nube vero quæ est in facie, naturæ Solis & Martis, Capricorni in cornibus, naturæ Veneris & Martis, in Pedibus & ventre, Martis & Mercurij, in Cauda Saturni & Iouis naturæ, Aquarij stellę in spatulis, & manu sinistra naturæ sunt Saturni & Mercury, in Casu aquæ, Saturni & Iouis, Piscis in pectore, & capite meridionali, naturæ sunt Mercurij, parum & Saturni, in Ore vero, Iouis & Mercurij, in Pectore & spina, Iouis, & Veneris, in Filo, naturæ Saturni, & Iouis, hoc tamen notum sit omnibus, quòd testatur Ptol. quòd maiores virtutes sunt stellarum Septentrionalium quàm meridionalium; Vrsę, etiam minoris stellę, naturæ sunt Saturni & Veneris Maioris vero Vrsę naturæ Martis, sed paruulę, sunt naturæ Lunæ, & Veneris; At stellę Capitis Draconis Saturni naturæ sunt, & Martis; Et quæ sunt in serpente, naturæ sunt Saturni & Veneris, in Colubro, Saturni & Martis, in Sagitta, Martis & Veneris naturæ; In Vulture Martis & Iouis, in Delphino, Saturni & Martis, in Equo, naturæ Martis & Mercurij, in Asnade, Veneris; Stella lucida piscium est naturæ, Veneris & Mercurij, Canis vero omnes stellę excepta illa quæ est in ore Veneris sunt naturę; Lęporis stellę Mercurij & Saturni, Corui, Martis & Saturni; Nauis, Saturni & Iouis, Lupi, naturæ Saturni, Coronę etiam stellæ sunt naturæ Saturni, & Mercurij.

ALMANSOR 28. *aphorismorum.*

STellæ fixę dant dona grandia, & ex paupertate subleuant ad sublimitatem, quàm non faciunt Planetæ.

Sol existans in Ariete, mutatur ad medietatem excelsam Zodiaci Septentrionalis, & stans in Libra mutatur ad medietatem Zodiaci meri-

Ab Ariete fit incrementum diei, atq; caloris Solis, a Libra fit decrementum diei, & caloris solis.

DE INCESSV SOLIS
per horas dierum. 12. Mensium.

VT seruemus ordinem ceptum, dicimus quòd sol incedit a quinto Nonis Martij ad extremum mensis singulis horis minutis duobus cum secundis octo super viginti, pridie vero kal. Februa. mouetur minutis duobus, & secundis triginta.

Sed a tertio Nonas Aprilis ad nonum, & vigesimum diem horis singulis mouetur duobus minutis, & secundis. 25. Pridie vero kal. Maias mouetur minutis duobus, & secundis. 24.

Klendis Maij horis mouetur singulis minutis duobus, & secundis. 24. ad trigesimum vsq; diem, & Pridie Kal. Iulias totidem mouetur, & minutis, & secundis.

Et kalendis Iunij mouetur minutis duobus, & secundis viginti tribus Pridie etiam Kal. Iulias totidem mouetur, & minutis; & secundis singulis horis.

Klendis Iulij mouetur singulis horis minutis duobus, & secundis viginti tribus; At Pridie Kal. Augustas mouetur minutis duobus & secundis viginti quatuor, qualibet hora.

Sed kalendis Augusti mouetur minutis duobus, & secundis viginti quinq; Pridie vero kal. Septembris mouetur minutis duobus, & secundis viginti septem singulis horis.

Quarto Nonas Septembris mouetur minutis duobus, & secundis viginti octo, tamen Pridie kal. Octobris mouetur totidem minutis, & secundis qualibet hora.

Quarto Nonas Octobris mouetur minutis duobus, & secundis triginta ad tertium nonas Nouembris.

Tertio Nonas Nouembris mouetur minutis duobus, & secundis triginta duo, at decima kal. Decembris totidem mouetur minutis, & secundis singulis horis.

Tertio nonas Decembris mouetur minutis duobus & secundis triginta quatuor ad quartum nonas Ianuarias.

Quarto nonas Ianuarias mouetur minutis duobus & secundis triginta

tribui, At sexta kal. Februarij mouetur minutis duobus & secundis vno cum triginta qualibet hora.

Octauo Idus Februarias mouetur minutis duobus & secundis triginta, sed decima kal. Martias singulis horis mouetur minutis duobus & secundis nouem super viginti ad quintam nonas Martias.

DE HORIS PLANETARVM singulis diebus hebdomadę.

IN horis etiam dierum describendis quibus singuli Planetarum dominantur imitabimur Ægyptios qui duodecim horas diei; Totidemq; indiferenter nocti tribuere per totum annum; Et Solem sedentem in medio Planetarum omnium aliorum, Principem posuere, quoniam & supernos & infernos Planetas cursu nouerunt, illum facile superare; Tandem diem septimum solis diem esse enuntiauerunt, quem nos appellamus diem dominicum. Namq Dominus noster Deus post mundi completũ ordinem quieuit ab opere die tali, itaq prima hora huius diei est hora duodecima iuxta horologium hesperię, hęc demũ hora solis est, & est spatium. 60. minutorum; Tertiadecima hora est hora Veneris et est hora secunda diei vel tempus minutorum. 60. hora quartadecima est hora Merc. Et est hora tertia diei totidem et tempus minutorum, hora quintadecima est hora Lunę et est hora quarta diei vel minutorum tempus. 60. hora sextadecima est hora Sat. & est hora quinta diei vel tempus minutorũ. 60. hora decimaseptimā est hora Iouis hora. 6. diei vel tempus minutorum. 60. hora decimaoctaua est hora Martis estq; hora diei septima vel tempus totidem & minutorum, & cum huiusmodi ordo iterũ peruenerit ad Solē eodē ordine procedendum esse dicimus, quo iam progressi sumus, propterea hora. 19. est hora Solis et est hora 8. diei vel tempus minutorũ. 60. hora. 20. est hora Ven. et est hora nona diei, vel tempus. 60. minutorum, hora vigesimaprima est hora Mercurij estq hora decima diei tempus minutorum 60. hora. 22. est hora Lunę estq hora vndecima diei vel tempus totidem minutorum, hora vigesimatertia est hora Satur. estq hora duodecima diei tempus minutorum. 60. hora vigesimaquarta est hora Iouis, estq; prima hora noctis vel tempus minutorum. 60. hora prima noctis est hora Mar

pus minutorum. 60. hora tertia noctis est hora Veneris tempus minutorum totidem, hora quarta noctis est hora Mercurij tempus minutorum. 60. hora quinta noctis est hora Lunæ vel tempus minutorum. 60. hora sexta noctis est hora Saturni estq; tempus. 60. minutorum, hora septima noctis est hora Iouis tempus minutorum. 60. hora octaua noctis est hora Mar. tempus minutorum. 60. hora nona noctis, est hora solis tempus minutorum, 60. hora decima noctis est hora Veneris totidem, & minutorum, hora vndecima est hora Mercurij tempus minutorum. 60. & est noctis, hora postrema, hora vero duodecima est hora Lunæ a qua & dies ipse sumpsit nomen, Dum ergo procedes hoc ordine comperies quemlibet diem a suo Planeta nomen deducere, vt monstrauimus de die solis deq; die Lunæ, nam & dies Martis a Marte, & Mercurius a Mercurio, & dies Iouis a Ioue, Veneris a Venere, & dies sabbati a Saturno deduxit nomen, quoniam omnium horum dierum hora prima est Planetæ illius a quo dies nuncupatur, hoc tandem seruato ordine singulis diebus quisq; propria opera disponere poterit accuratius, plurima etiam alia hic poteramus scripsisse de Planetis deq; stellis ipsis verum hæc postulant maiorem commoditatem, & rerum, & temporis, Ideo cum deus noster disposuerit felicioribus auspitijs, plurima quæ detinuimus in perrha lucidiori sermone exponemus.

FINIS.

Domina Hieronyma de Cartularijs, Romæ in Vico Peregrini excudebat. *Sumptibus Autoris.*

1544.